

- XIII De falsuariis et periuris et homicidis et furibus sente<ntiae XXI cum suis capitulis>.
- XIIII De Deo sacratis et monasteriis puellarum et de ince<stis seu mulieres> et de his qui uxores suas dimittunt vel de raptu seu e///// capitula XL cum subiectis sententiis suis.
- XV Tractatus sancti Agustini de paenitentia.
- XVI In decretalia pape Gelasii quod hii qui se sacris virginibus sociant et foedera incesta commiscunt communicare non possunt nisi forte publicam paenitentiam gesserint.
- XVII Quod viduae, ut superius dictum est, non velentur et si professam continentiam proposito mutato calcaverint ipso rationem Deo redditurae sint et de virginibus si deviaverint capitula V cum suis sententiis.
- XVIII De causantibus et accusantibus et de iudicibus et de his qui innocentes accusant et qualiter clericus saecularia iuditia adeat capitula XXXIIII cum suis sententiis.
- XVIII De usuris et avaritia et de fornicationibus seu et de paenitentibus capitula XXXVIII cum subiectis sibi sententiis.
- XX De discordantibus et de libertis et de expositis vel de sortilegis et auguriis capitula XVI cum subiectis suis sententiis.
- XXI De Iudaeorum conviviiis et de confessionibus seu et de eorum mancipiis et de diversis conditionibus inter Iudeum et cristianum ut non sint cristiani subiecti Iudaeis capitula XII cum suis sententiis.
- XXII De rebus ecclesiae abstractis aut contradictis vel fraudatis et vi custodientur capitula XI cum suis sententiis.
- XXIII Ut clerici non sint conductores et non neglegant officium suum et non sint contumaces et ut a saecularibus curis se abstineant capitula <XVI>III cum suis sententiis.
- X<XII>II U<t nullus c>lericorum habitet cum extraneis mulieribus capitula <VI cum subi>ectis sententiis suis.
- XXV <De clericis usurar>iis et fideiussoribus et de aebriosis vel de convivia <saecularia et cantica> turpia et de ociosa verba capitula XII cum subiectis suis.
- <XXVI De episcopis et reguli>s et de ordinibus clericorum et vestibus eorum et <de venationibus et a>uguriis capitula XXXIIII cum sententiis suis.
- <XXVII Ut per singulos annos> synodus bis fiat et quales ad sacros ordines venire <possunt et non possu>nt et ut absolutae non ordinentur ne de uno loco <ad alium transeat> episcopus vel clericus capitula XXII cum subiectis sententiis suis.